BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh. Seite 214
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



nolunt discere ab eo quoniam mitis est & humilis corde ut inueniant requiem ani
mabus suis eo que fit angusta porta quae intratur ad uitam .

Cum autem intrauerit pater familias & cluserit ostium & incipiet eis
foris stare & pulsare ostium dicentes dne aperi nobis .

Pater familias uidelicet xps qui ubique totus est ex diuinitate intus quidem est eis
quos in caelesti patria praesens suauisione laetificat sed quasi foris est adhuc
eis quos in hac peregrinatione certantes occultus consolator adiuuat.
Iuxta quod ipse promisit. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad con
summationem saeculi. Intrauit autem & clausit ostium quando totum corpus
suum quod est ecclesia resurrectionis gloria clarificatum ad suae contemplatio
nis gaudium perducens reprobis locum paenitentiae tollit quem nunc cunctis
pie pulsantibus aperit. Nam foris stantes ostium pulsare est ab eatorum sorte
secretos misericordiam quam neglexerant adonec frustra flagitari .

Et respondens dicet uobis nescio uos unde sitis.

Quomodo nescit unde sint cum psalmus dicat. dns nouit cogitationes homi
num quoniam uanae sunt. & alibi scriptum sit. ipse nouit decipientem & eum qui decipitur
nisi quia sciredi aliquando cognoscere dicitur aliquando ad probare. quoniam nouit dns
uiam iustorum. qui autem ignorat ignorabitur. & scit ergo reprobos quos cognos
cendo iudicat. Neque enim iudicasset quos minime cognoscere. & tamen
quodammodo nescit eos unde sint apud quos fidei & dilectionis suae carac
terem non ad probat .

Tunc incipiet eis dicere manducauimus coram te
& bibimus & in plateis nostris docuisti.

Uel simpliciter intellegendum quod fidei mysteria spernentes iudaei eos sed dno
notos arbitrentur. si solum uictimas ad templum deferant coram dno epulen
tur prophetarum lectioni auscultent nescientes illud apostoli. Non est regnum
dei esca & potus sed iustitia & pax & gaudium in spu sco. & alibi quorum ds uentr
est & gloria in confusione ipsorum. Id est in circumcisione carnali uel
mistice sentiendum manducare eos & bibere coram dno qui uerbi pabulum
digna auiditate suscipiunt. Unde ipsi qui haec dicunt uelut exponendo subiun
gunt & in plateis nris docuisti. Scripturae enim scae aliquando nobis cibus est aliquando
potus in locis obscurioribus cibus est quia quasi exponendo frangitur & mandendo glutitur.
Potus uero est in locis apertioribus quia ita sorbetur sicut inuenitur. & occulta ergo manda
ta sacri eloquii & aperta se intellexisse testantur qui reprobanti se iudici quia man du
cauerint coram illo & biberint conqueruntur sed timendum est ualde quod additur .